



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessoriorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Thesaurus

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

testis, & læsæ maiestatis: nam tunc, si testes desint, compelli possunt. *Salon l.c. controu. 2. conclus. 3.*

5 Testes singulares deponentes super diuersis factis, regulariter non probant.

**Vide syl.l.c.nu.3. Sot.l.c.art.2.*

6 Cum testes sunt pares, fauendum reo, nisi in matrimonio, libertate, dote, testamento, &c.

*Cum iura partium obscura sunt fauendum est reo, *Ban.l.c.col.9. Salon l.1.art.2.concl.3 Sot.l.c.art.2.col penult.*

Addit. } Qui falso testimonio coniecit aliquē in vita discrimen, tenetur, cum suæ vitæ discrimine dicta reuocare, si sit profuturus. *Nau.c.15.nu.17. Lopez p.1.c.116.concl.3 Sot.l.4.q.6.art.5.ad 4. Med.c.de rest.q.3.caus.4.ad quartū, Caiet.2.2.q.70.art.4. Couar.Reg.Peccatum 1.p.6.3.n.6.P.N.l.2.c.3.n.251.*

THESAURVS.

1. **T**hesaurus est pecunia deposita à tempore immemorabili, estque reperientis. Quod si in loco alieno reperit casu, dimidium dabit domino loci: quod si duo sint domini, vt cum alter est proprietarius, alter vtilis, inter illos diuidet illud dimidium; & si ager est dotalis vxori dabitur, non viro: si aut de industria reperit, siquidem domino consentiente, totum habebit; quod si illo ignorante, aut contradicente, totum ei dabit: quod si duorum do-

dominorum alter reperit, dabit alteri dimidium, seu potius dimidium dimidij; nam vt repertor, habet dimidium; & vt Dominus, dominij alterius dimidium.

* De thesauris nonnulla Lopez p. 2. c. 2. Salon q. 66. art. 5. Abul. in cap. 6. Matth. q. 42. Nau. c. 17. à nu. 170. Couar. Reg. peccatum 3. p. §. 2. Mol. d. 56. & alibi. Sot. l. 5. q. ar. 3. D. Th. 2. 2. q. 66. ar. 5. Caie. Io. B. Corr. q. 120. Syl. inuentum nu. 8.

* Thesaurus } Couar. l. c. Mol. d. 53.

Reperientis } si reperiatur sine arte illicita, in loco, qui nullius sit, Salon. Couar. l. c. quem legem.

Quod si } Nau. l. c. n. 172. Couar. l. c. si sine magica arte inuentus sit, nam ita inuentus, est Fiscus, post sententiam, Arrag. q. 66. art. 5. Naua. 175. Vide Mol. l. c. coronam p. 2. c. 1. in fin. Lopez de contract. l. 1. c. 50.

Et si ager } Vide Coronam l. c. nu. 21. c.

Maritus inueniens in dotali fundo diuidet cum vxore: creditor in agro pignori accepto cum Domino agri, idem dicas, de inuento in agro conducto. Cor. Nau. l. c. nu. 173. quid agendum cum reperitur in fundo feudali, emphyteutico, Ecclesiastico, docet Mol. c.

Si autem } Nau. l. c. vide Mol. d. 56.

Quod si } Nau. l. c. Vide Arrag. l. c.

2 Principem nihil posse exigere à reperiente thesaurum in loco non Principis, nec de eo consuetudinem vllam valeret, quidam aiunt, alij negant.

Cc 2 Lege

*Lege de hæc re Salon. l. c. concl. 6. Couar. l. c. Castrenf. de lege pœnit. l. c. 2. corol. 3. Arrag. l. c.

Aiuntꝫ Syl. vers. Inuentum §. 13. Sot. l. 5. q. art. 3. col. 8. Polancus in Directorio, Fum. Inuentum num. 2. Med. l. 1. c. 4. de rest.

Negantꝫ Palud. 4. d. 15. q. 3. art. 5. D. Ant. 2. p. ii. 1. c. 15. §. 2. Mol. d. 56. Couar. l. c. nu. 4. contra Sotū pugnans. Arrag. non putat improbabilem Palud. sententiam.

3 Licitè emis domum, vbi scis esse thesaurum, nec idèò debes augere eius pretium.

*Naua. l. c. nu. 175. D. Th. l. c. Salon. l. c. conclus. 5. Mol. d. 56. Sot. Med. l. c. Quidam tamen contra sentiunt. Vide Tol. l. 5. c. 18 P. N. l. 3. c. 2. num. 61. priorem sententiam dubiam putat, quam sequitur Arrag. q. 66. art. 1.

4 Quæ dominum non habent, aut pro derelictis habentur, vt cum Dominus non amplius quarit, sunt occupantis: imò quod quis reperit, nec potest reperire dominium, potest secundum quosdam, sibi retinere, nec leges in talibus applicantis rem Principi, obligant ante sententiam.

*Salon l. c. art. 5. de Inuentis, Corona p. 2. c. 4. nu. 21. vide Mol. d. 4.

Sibiꝫ Sot. quem sequitur Med. de rest. c. 4. p. 144. & Arrag. l. c.

Si sit pauper, ait Naua. c. 17 nu. 170. ex confilio confessarij sibi retineat. Vide Ioan. Baptis. Corrad. q. 120.